



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

2. Qui diligit filium, instanter erudit. Eccl. 30.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

REGULA SECUNDA.

Qui diligit filium, instanter erudit.
Eccl. 30.

PARAPHRASIS.

Qui amat filium nunquam cessabit ab instructione, secundum necessitatem suae aetatis, diriget omnes ejus corporis & ingenii motus per continuas & judiciosas instructiones.

REFLEXIO.

A Tempore quo instructionem proles tuae percipere queunt, applica te sedulo ad eas instruendas, considerando, quod educatio debeat immediate sequi ipsam nativitatem, quia cum eadem corruptio & inclinatio ad malum proveniunt.

Etiam in tenerrima aetate constituta proles, cum spirituales & immortales habeat animas, scandalo est, si eam sine brutaliter vivere, & nimis tarde ipsi suam inculcabis obligationem, si expectes, usque dum ad integrum perveniat usum rationis.

Quando

Quando natura est flexibilis & mollis, oportet eam flectere, & ipsi dare prima rudimenta affectionum & habitudinum, quas in vigore suæ ætatis habere debet. Oportet ut proles tua operetur bonum, antequam sciat, quid sit bonum; Oportet ut assuescat ei per obedientiam & necessitatem, antequam cum iudicio eligat, & quamvis nesciat, quid faciat, tamen operetur secundum regulas rectæ rationis & honestatis.

Infantia habet suas perfectiones & virtutes, hinc dispone, ut eæ appareant statim ab infantia tui filii, à quo natura ipsum docet loqui & velle. Doce eum loqui & velle, sicut decet, & ita eum instrue, ut nulla ex ejus humanis actionibus brutalis appareat.

Felix & benè educatus Infans erit ille, qui domitas & obedientes habebit passionem, antequam ratio expergefiat, ita ut hac jam adeptâ, nihil habeat quod faciat, quam regnare in pace, & frui victoriâ, quam per bonam educationem acquisivit.

RE-